Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



audiens a iohanne. scribo uo
bis iuuenes. quoniam fortes
estis. & malignum uicistis.
Postea uero extergitur altare
de linteo. Quod intelligitur
per linteum. nisi dominice pas
sionis exemplum. Namq; sicut li
num de terra nascitur. & mag
no labore ad candorem perdu
citur. sic & caro nostri saluato
ris ex terra orta est. ut pote
de beatæ MARIÆ uirginis carne sed
uariis tribulationibus exerci
tata. & peruenit ad candorē.
gloriamq; resurrectionis. Ex
tergitur ergo altare de linteo.
cum tribulationes scē ecclesiæ
inter pressuras mundiales. leni
untur saluatoris exemplo. Vn
de & ipse discipulis dicit. Nō
est discipulus super magistrū.
Itemq; sine persecuti sunt. &
uos persequentur. Hoc linteo
beatus petrus discipulorum
sudorem extergere curabat.
cum laborantibus discipulis
exemplum dn̄i prerogabat
dicens. Xp̄o igitur passo in
carne. & uos eadem cogitatio
ne armamini. Itaq; xp̄c pass⁹
est pro nobis uobis relinquēs
exemplum. ut sequamini uesti
gia eius. Et paulus. Si enim cū
patimur. & conregnabimus.
Non sunt condignæ passiones
huius temporis. ad futuram
gloriam quæ reuelabitur in no
bis. Dum ergo doctor in nobis
talia. & huiusmodi ecclē sibi
commissæ. ad roborandos disci
pulorum animos apponit. al
tare madidum labore huma
nitatis. id est linteo abstergit dn̄icæ
imitationis. Deinde offertur
incensum. Per incensum uir
tutes significari orationum.
testis est psalmista. qui ait. Di
rigatur oratio mea. sicut in
censum in conspectu tuo. Et
in apocalypsi iohannes de an
gelo dixit. quod data sunt
ei incensa multa. ut daret de
orationibus sanctorum. super
altare quod erat in conspectu
dn̄i. Iure igitur ille sacerdos
uota orationis persoluit. qui
discipulorum uitam cum tan
to amore. quo superius pre
missum est custodit. Ille nāq;
pro se. & pro aliis bene. ac fide
liter orat. quem ab utilitate
proximi nullus amor. nullū